



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XVI. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Julianæ Puritatis Marianæ recordatio Virginitatis amorem ita persuasit, ut vitam sibi prius, quàm integritatem tolli passa, cervicem Tyranno objecerit, ne manus daret, mortua in gaudio, ne Virginitatem emortuam lugeret. *Ex Metaphr.* Nō dicenda est vita, ubi vivunt vitia.

S. Juliana Virgo fortissima, quæ Dæmonem sub tutelaris Angeli specie te ad seponendum virginitatis amorem adhortantem ligasti, & verberibus castigasti, in locum sordibus plenum demersisti: ora pro me, ut nec dolis ejus circumveniri, nec terroribus frangi me patiar, sed mori gloriosè malim, quàm ignavè succumbere. O Sanctissima DEI, & mea, Mater preciosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus cætius millies, imò infinities &c. f.

Ad quod impetrandum: Pro tentationum hodie remedio anulum Jesu, Mariæ Nominis inscriptum vel digito, vel occultè apud me, vel in annuli defectu eadem Nominis chartæ inscripta, gestabo.

Mater Dei habet quandam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus; ex hac parte non potest aliquid fieri melius eâ. *S. Tho. 1. p. 9. 25. ar. 6. ad 4.*

Quæstio: Utrum purarum creaturarum ulla possit majorem gloriam consequi, quàm quâ B. V. fruitur? *v. Di. Charus, l. 1. de lau. Virg.*